Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

corporis colore apparentia significant lepra. Taquam ueris falsisq; colorum
locis humana corpora uariante atq; maculante. Hii autem tam uitandi
sunt ecclesie. ut si fieri potest longius remoti magno clamore xpm inpellent.
Unde & apte subiungitur. Qui steterunt alonge. & leuauerunt uocem dicen
tes. Ihesu preceptor: miserere nostri. Et bene ut saluentur. ihesum preceptorem nomi
nant. Quia enim multis uerbis se errasse significant. hunc saluandi. hunc
humiliter preceptorem uocant. Cumq; ad cognitionem preceptoris redeunt.
mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur. Quos ut uidit dixit.
Ite. ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent. mundati sunt. Mul
tum dominus eorum quibus hec corporalia beneficia prestitit inuenitur misisse ad
sacerdotes non lepsos. quia uidelicet sacerdotium iudeorum. figura erat
futuri sacerdotii regalis quod est in ecclesia. quo consecrantur omnes pertinentes
ad corpus xpi. summi & ueri principis sacerdotii. Lucam. In illo tempore.
Dum iret ihesus in ierusalem. transiebat per mediam samariam & galyleam. Et cum
ingrederetur quoddam castellum. occurrerunt ei decem uiri lepsi. Qui stete
runt alonge. & leuauerunt uocem dicentes. Ihesu preceptor: miserere
nostri. Quos ut uidit dixit. Ite. ostendite uos sacerdotibus. Et factum est
dum irent. mundati sunt. Unus autem ex illis. ut uidit quia mundatus est. regres
sus est cum magna uoce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pe
des eius. gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihesus
dixit. Nonne decem mundati sunt & nouem ubi sunt. Non est inuentus qui rediret
& daret gloriam deo. nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge & uade. quia
fides tua te saluum fecit. Reuer. A. Cum intraret ihesus quoddam ca
stellum occurrerunt ei decem uiri leprosi qui steterunt alonge & leuaue
runt uocem dicentes ihesu preceptor miserere nostri. A. Nonne decem mun
dati sunt & nouem ubi sunt non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo
nisi hic alienigena uade quia fides tua te saluum fecit uade in pace.
In illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis. Nemo potest Secundum Mattheum.
duobus dominis seruire. Et reliqua. Omelia lectionis eiusdem.
Nullus & enim ut dominus ait potest duobus dominis seruire. quia non ualet
transitoria simul & eterna diligere. Si enim eternitatem diligimus. cun
cta temporalia in usu non in affectu possidemus. Aut enim unum odiet.
& alterum diliget. aut uni adherebit. & alterum contempnet.